



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

[In Libri Tertii Variarvm Resolvt.]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

LIBRI TERTII

VARIARVM RESOLVT.

CAPVT. III.

DE POENIS CONTRA VSVRARIOS IVRE
PONTIFICIO, REGIO, ET CESA.
REO STATVTIS.

Num. 1.

Quoties questio iuris tractanda contigerit, nam vbi tantum facti questio incidit, communiter receptum est eius cognitionem posse Iudici seculari iure competere.

Vestio iuris est, quando controuersia incidit vtrum contractus vel pactio, siue creditoris solati intentio sit vsuraria; Facti, vbi quidem constat eam esse vsurariam, sed de repetitione vsurarum, vel de earum inhibitione agitur. Henric. Canif. tract. de vsur. cap. 9. num. 2. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 37. num. 2. versic. quero igitur.

Intelligitur autem ita demum questio iuris ad Iudicem Ecclesiasticum spectare, si de vsuris iure Canonico prohibitis agatur: Secus vero si de statutarijs controuersia sit. Bayard. d. in addit. ad Iul. Clar. d. q. 37. d. versic. Quero igitur. Quin & alias Iudex secularis de questione iuris cognoscit, si incidit, & per modum exceptionis in iudicium deducatur. & hanc esse communem Legistarum & Canonistarum opinionem, tradit Clar. lib. 5. §. fin. quast. 37. num. 2. in fin.

Versic. EGO VT LIBERE.

Primum sane satis probatur vsuras non esse lege supernaturali vetitas.

Quo iure vsura prohibeatur, Diuino, Naturali, Canonico, vel Civili plene Couarr. cap. 1. huius lib. 3. num. 5. & seq. videtur etiam Iul. Clar. lib. 5. §. vsuraru. 3. & 4.

Versic. QVARTO NON EST.

Iudices Ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionem, quemadmodum & Iudices seculares, &c.

Molina tom. 2. d. disputat. 333. in princ. Marant. in Specul. part. 6. num. 108. cum seq. Ac si is qui vsuram exercuit, vel aliud crimen mixti fori commisit, à Iudice Ecclesiastico absolutus vel etiam punitus fuerit, an iterum apud Iudicem laicum acculari, vel ab eo puniri possit? & posse post Couarr. lib. 2. tractat. cap. 10. num. 6. decidunt Iul. Clar. lib. 5. §. fin. pract. crim. q. 37. num. 11. & 14. Gyachar. in addit. ad Clar. §. fin. lib. 5. q. 37. nu. 2. versic. pro crimine vsurarum. Soar. in Theaur. receptar. sentent. lit. C. versic. condemnatus ab Ecclesiastico. num. 172. Villalob. in commun. Opin. lit. V. numer. 71. quanquam non è conuerso ab Ecclesiastico coërceri possit, qui à Iudice laico punitus fuit. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 40. in fin. quem refert & sequitur Clar. pract. quast. 57. nu. 14. Hanc tamen adhibitam restrictionem, dummodo pena imposita per Iudicem laicum non sit minor illa quam pro eodem crimine posset imponere Iudex Ecclesiasticus, intelligendo de pena corporali, vel pecuniaria: non vero de excommunicationis. & hoc temperamento videtur etiam moderanda prior decisio, vt si à Iudice Ec-

clesiastico condignè suis meritis delinquens punitus sit, amplius à Iudice laico puniri non possit. per tradita à Gomez. loc. cit. num. 40. versic. Quarta conclusio. An autem punitus à Iudice originis, domicilij, vel delicti, ab altero eorum iterum puniri queat, vid. Prosper. Farinac. in quast. crimin. q. 7. numer. 261. versic. sed tertia. Bayard. in addit. ad Clar. lib. 5. §. fin. quast. 57. versic. scias autem.

Num. 2.

Quæ quidem infamia ipso iure irrogatur.

Iul. Clar. lib. 5. §. vsuraru. numer. 16. Molina tom. 2. d. disputat. 334. in princip.

Sed tamen contraria sententia est admit-
tenda.

Aduersatur Henric. Canif. de vsur. cap. 8. numer. 10. 11. & 12. D. Gothofr. ad l. placuit. 19. verb. posse. ff. de vsur. Moribus etiam patriæ mercatores quibus consuetudine vel placitis Principum vsuras centesimas propter verisimile interesse exercere permittitur, nullam notantur infamiam: atque ita ad dignitates, & munera publica admittuntur.

Num. 3.

Quod intelligendum est, vt Clericus vsurarius primo quidem suspensione punitus.

Panormitanus in citat. ab Auctore cap. praterca. innuere videtur posse viramque penam indifferenter imponi, cum vtraque de iure statuta inueniatur, nec sit decus quod prius ad suspensionem, postea vero ad depositionem procedatur: tamen si æquum censetur Molina tom. 2. d. Disput. 334. versic. Clericus vsurarius, vt ordo ille seruetur.

Versic. QVOD VERO,

Non quoad obtinenda.

Arbitratur Molina pract. loc. hoc procedere in ijs beneficijs ad quæ ante penitentiam, & satisfactionem erat electus: posse tamen Episcopum, post penitentiam & satisfactionem, clericum vsurarium reddere habilem ad beneficia quæ de nouo vacant, & ad quæ post talem penitentiam de nouo ius acquirit.

Num. 4.

Versic. EST ENIM ETIS MANIFESTVS,

Etiam si simplex confessio sit.

Contrarium ijs placet qui frequentiam actuum requirunt vt quis manifestus vsurarius constituat, quasi opus sit eum profiteri publicè sæpius, vel domi frequenter, se sub vsuris mutuas: quod & hinc deducunt, quod nomen verbale in vno actu solo non verificetur. Menoch. casu. 235. num. 26. sequitur & probat Henric. Canif. tract. de vsur. cap. 8. nu. 5. Vid. infra nu. 5. Auctorem, & ibi not.

Versic. QVARTO ETIAM DICETVR,

Iudex vero quempiam huius criminis damnare poterit, si is testibus legitimis conuictus fuerit.

iii 3

Duobus

Duobus nimirum vel tribus, uti reprobata Angeli opinione in §. ex maleficijs. n. 3. In fit. de Ad. tenet Menoch. de Arbitrar. l. d. 2. Centur. 3. casu 235. num. 22.

In criminalibus ad punitionem sufficere famam cum argumentis, &c.

De fama, eiusque fide, effectu, & ad eam probandam requisitis. vide Duenn. reg. 299. cum seqq. Villalob. in Commun. Opin. lit. F. num. 6. cum seqq. Mynsing. Centur. 5. observat. 46. Iul. Clar. §. fin. q. 6. versic. illud. tamen 13. cum seqq. & ibi latè Gyachar. in addit. Item an illa, indicia, & coniecturæ, per se probent, vel prius probari debeant, consule Menoch. pract. loc. numer. 27. 28. & 29.

Non censentur legitimi testes qui asserunt ab accusato sub vsuris mutuam pecuniam receperisse.

Vide Menoch. d. cas. 235. num. 23. & seqq.

Tunc erit sufficiens testimonium testium singularium.

Quando testes singulares probent, vel non probent vid. Gabriel. lib. 1. de testib. Conclus. 2. & conclus. 1. Viu. in commun. opin. lib. 1. testes singulares. Eman. Soar. in Theaur. recept. sent. lit. T. verb. testes singulares. num. 155. cum seqq.

Num. 5.

Quoties ageretur generaliter aliquem esse vsurarium manifestum, aut simpliciter quem huius criminis infamiâ publice notatum esse, testes singulares sufficerent.

Menoch. de arbitrar. l. d. cas. 235. nu. 23. Gail. lib. 2. observat. 66. num. 12. Quid autem sit probare delictum in genere vel in specie, tradit Clar. lib. 5. §. final. pract. criminal. quest. 53. numer. 19. ubi credit secundum DD. tunc agi de probando delicto in specie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter. Cæterum, quando agitur non de pena infligenda sed ad aliud finem, puta excipiendo de Adulterio ad privationem dotis, vel de alio crimine ad diminuendam fidem testis, eo casu dicatur agi de probando delicto in genere: hanc tamè Clari distinctionem latissimè impugnat Riminald. Junior. Conf. 85 tom. 2. inier. Conf. crim. diuersor. & in Confil. 2. per tot. vol. 1. referente Baiard. in addit. ad Clar. loc. cit. num. 41.

Verfic. AT SI IRACETVR.

Qui semel mutuam dederit sub vsuris.

Satis esse vnum Actum eo pacto notoriū, contra Covarr. hic, rationibus à se allegatis tenet Molina tom. 2. disput. 334. versic. Covarrunias tertio variat. &c. nec requiri, ut plures actus eā notorietate exercuerit. Illud tamen concedit testamentum istius vsurarij esse validum qui ante mortem non erat notorius, et si post mortem illum vsuras exercuisse sufficenter probetur, eaque de causâ damnetur, illiusque heredes præcipiantur illas restituere.

Est & hoc ad intellectum cap. quanquam de vsur. in 6. ab Auctore. notandum, quod eius constitutioni non sit locus nisi in vsuris receptis, cum de eis solummodo loquatur: quocirca qui de decisione predicti cap. ad infirmandum testamentum, vel impediendam vsurarij sepulturam, uti velit, non debet simpliciter concipere articulum quod mutauerit sub vsura, sed quod & eam receperit. Ioann. Andr. in dicto cap. quanquam. Henric. Canif. tract. de vsur. cap. 8. nu. 5. versic. final.

Et sic exigitur illius qualitatis probatio.

Menoch. de Arbitrar. iudic. d. casu. 235. nu. 4. Henric. Canif. d. tract. de vsur. cap. 8. nu. 4. versic. & quidem.

Num. 6.

Sed requiri pignoratitiam vel fideiussoria.

Iul. Clar. §. testamentum q. 26. numer. 2. Grass. recept. sentent. §. testamentum. q. 33. num. 8. Vbi vero idonea cautio præstari non potest, satis erit vsurarium iurare quod fideiussorem vel pignora dare non possit, nihilominus, quantum in se est, vsuras sese restitutum. gloss. in c. quanquam ab auctore citat. Angell. verb. vsura. 2. nu. 8. Sylu. verb. vsura. 8. q. 4. Nauarr. in Manual. cap. 17. nu. 279. Canif. d. cap. 8. num. 6. Molina tom. 2. disput. 334. versic. secundum est.

Verfic. SED AD HVIUS QVÆSTIONIS.

Dominium rei acquisita per vsuram non transferri in creditorem.

Latè Molina tom. 2. disputat. 326. ubi & hoc versic. postquam cum seq. ad nummos vsurâ acquisitos etiam extendit: Nihil quod interdum vsurarius per accidens eorum dominium acquirat, quando eos suæ pecuniæ miscuit: etenim quantum acceruis pecuniæ sub vsurâ mutuatae idem numero apud vsurariū vel etiam tertium extat, mutuatarius ius in re vbi credit Molina d. loc. versic. illud tamen. retinebit: ut ante alios creditores sibi inde restituatur, quod ultra fortem vsurarium causâ soluit.

Verfic. HIS E QVIDEM.

Et ideo DD. communiter hanc sententiam probant.

Panorm. & Ioan. Andr. in citat. ab Auctore cap. cum tu. & cap. tua nos. de vsur. Sotus. 6. de iustit. & iur. q. 1. art. 4. ad tertium. Nauarr. in manual. cap. 17. n. 265. versic. alia vero. Villalob. in commun. opin. lib. 1. numer. 69.

Num. 7.

Inquirendum est num heredes vsurarij cogantur vsuras reddere, & constat eos teneri ad vsurarum restitutionem.

Molina tom. 2. disput. 332. versic. si autem vsurarij. Sed & prætenet, si contractum vsurarum fecerint tenentur, saltem in foro conscientia, ad vsurarum restitutionem. Gloss. in l. si finem. ff. ad l. Pompeianam de parricid. Marant. in specul. part. 4. dist. 9. nu. 144. Quin Curia Paris. restitutione Salarij, adeoque ignominia notâ & pena honorabilis (ut vocant) amende eos alio quando condemnauit, teste Papon. lib. 12. tit. 7. art. 127.

Etiamsi ex eo crimine nihil ad eum peruenit.

Costal. in aduersar. Pandect. ad l. quod diximus 16. §. in heredit. quod met. caus. gestum erit. Villalob. in commun. opin. lib. 1. Eman. Soar. in Theaur. recept. sent. lit. H. num. 97. & 98. Gomez. Variat. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 85. versic. Aduertendum tamen. Imbert in Irchirid. verb. confession des accuses. versic. en oure.

Etiamsi iure ciuili heredem teneri, &c.

Quatenus de iure ciuili heredes ex delicto vel contractu defuncti teneantur, plenè & eruditè discussit Wesemb. in nouiss. editione Institut. ann. 1595. tit. de perper. & tempor. Ad. §. non auem.

Num. 8.

Sed nihilominus communem sententiam ipse sequor.

Hanc etiam tanquam communem sequuntur Iul. Clar. lib. 5. §. fin. q. 51. num. 17. Cacheran. decis. 152. num. fin. Villalob. in Commun.

Commun. Opin. lit. II. nu. 3. Eman. Soar. in Theaur. recept. sent. lit. II. n. 98. Quid si vsurarius aliusve dilinques plures heredes reliquerit, & vnus eorum non sit soluendo, aut alia ratione vsuras non restituat, an reliqui grauentur, & non quouique portiones suas hereditarias exhauriant? & non teneri cum Caietan. Medina, Sot. & Silu. decidit Molina. tom. 2. disput. 332. versic. heredes si multi sint, Licet Contrarium ab alijs responsum, si non rigore iuris, attamen vt conscientia defuncti exoneretur. Panorm. in cap. sua nos de vsur. Iul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 5. 1. num. 18.

Versic. **QUARTO LICET.**

Licet alioqui infames testari valeant.

Nisi expresse à lege prohibiti sint testari, prout est infamis condemnatus ob libellum famosum l. v. cui. 18. §. si quis in iur. ff. qui testam. facer. poss. Iul. Clar. lib. 3. §. testam. quest. 25.

Num. 9.

Versic. **SEXTO.**

Eadem prohibito & in donatione causâ mortis obtinebit.

Grass. §. donatio causa mortis quest. 5. Eman. Soarez. in Theaur. recept. sent. lit. V. num. 86.

Iuxta resolutionem à nobis traditam.

Nempe vt donatio causâ mortis subsistat si extra testamentum fiat & parue quantitatis sit, secus si maioris partis bonorum aut certe magnæ cuiusdam quantitatis foret. Quam tamen distinctionem reprobatur Molina tom. 1. disput. 137. versic. an vero donare, vbi simpliciter vsurario donationem mortis causâ admittit, cum vniuersæ qui testari non possunt nec donare mortis causâ possint: à qua regula præter filiumfamilias qui consensu patris donat, nemo excipitur. Molina præc. loc. d. versic. An vera. Accedit Clar. lib. 4. sentent. §. de iur. q. 7.

Versic. **SEPTIMO.**

Iudæos dicta constitutione omnino ligari.

Quidquid, inquit Grass. §. testamentum. quest. 33. nu. 6. de hac controversia sit; quia hodie in locis vbi viuunt Iudæi plerumque habent priuilegium excedendi vsuras, & defraudandi mileros Christianos, frustra de hac questione disputamus.

Versic. **OCTAVO.**

Sed & contra eos qui manifestè venditionis & emptionis titulo vsuras exercent.

An, & quatenus vsura committatur, si pretio ad certum diem soluendo carius mercatoris vendant quam si statim id numeraretur, Latè Couarr. lib. 2. Variar. cap. 3. nu. 6. & 7.

Versic. **NONO.**

Licet tempore testamenti improbam negotiationem dimiserat.

Et hæc opinio secundum Iul. Clar. lib. 3. §. testamentum. quest. 26. est tutor animæ, propterea iudicando aut consulendo ad eam non esse recedendum ait: cum is qui desinit fœnerari, non propterea desinat esse vsurarius. Dec. in cap. 1. nu. 22. de probat.

Versic. **DECIMO.**

Si tamen post testamentum etiam secretè vsurarii crimen comiserit, nullum erit testamentum.

Grass. §. testamentum. quest. 33. nu. 3. Panorm. tamen. In cap. quia in omnibus. nu. 10. validum esse innuit: quod in foro conscientie, verum arbitratu Molina tom. 2. disputat. 334. versic. verum autem si notorius.

Versic. **VNDECIMO.**

Ac demum post testamentum efficiatur manifestus vsurarius, irritum erit testamentum.

Accedit Molina tom. 2. disput. 334. versic. an vero.

Versic. **DVODECIMO.**

Igo opinor testamentum hoc validum effici.

Gabriel. lib. 4. de testam. conclus. 3. nu. 1. Grass. §. testamentum. quest. 33. nu. 4. & 5. Clar. lib. 3. §. testamentum. q. 26. nu. 3. versic. sed pone. & hanc opinionem tanquam æquiorē ait in praxi esse tenendam.

Versic. **DECIMO-TERTIO.**

Vt nec legata ad pias causas in eis relicta debeantur.

Molina tom. 1. disput. 137. versic. quod ad dispositiones.

Æquius tamen est, &c.

Ita etiam Grassus. §. Testamentum. q. 17. nu. 11. Gabriel. lib. 4. de testam. conclus. 3. nu. 5. Priorem tamen opinionem veriore esse tradit Vasq. in Controu. vsu freq. lib. 3. cap. 60. nu. 6. quin posteriore hanc opinionem vel æquitatem nullo iure probari: quia licet, inquit, pietatis causâ relaxetur solennitas testandi, ea. relatum. el. 1. cap. cum offic. de testam. non tamen augetur testandi potestas.

Postremò hic notandam est circa penas ab Auctore relatas, varias quoque ab Antiquis in vsurarios decretas fuisse, quemadmodum ex Platone l. 5. de legib. Plutarch. in q. centuriar. Molin. tract. de commerc. & vsur. nu. 36. & seq. alijsque innotescit. Constat etiam legibus duodecim tabular. quadrupli pena fœneratores punitos. Alex. ab Alexandr. lib. 1. diu. genial. ca. 7. & licet postmodum vsuræ propter mercatorum necessitatē certa taxatione permisse fuere, nihilominus tamē, ea pena quoad excessum adhuc probata fuit l. 2. C. Theodos. de vsur. Successit deinde arbitraria, atque improbi fœneratores extra ordinem criminaliter, pro qualitate & frequentia delicti, puniri cœperunt; Iacob. Butt. ad l. improbum fœnus. ex quib. caus. infam. irrog. Iul. Clar. lib. 5. §. vsura. num. 5. Henric. Canis. de vsur. cap. 8. num. 12. Molin. de contract. vsur. num. 156. Marant. in Specul. part. 6. de inquisitione. nu. 121. plene Menoch. de Arbitrar. Iud. casu. 398. Modernorum deinde moribus alię atque alię penę, vsurarijs prestitutę sunt. Etenim apud Germanos ex ordinatione Imperij, præter penam arbitrariam, improbæ vsuræ amissione fortis quæ fisco cedit, puniuntur. Klammer. in tract. de vsur. n. 29. Apud Neapolitanos totorum bonorum confiscatio est. Menoch. de Arbitrar. Iud. casu. 398. num. 49. & hoc Philippus Valesius Gallorum Rex anno. 1347. pariter secutus est. Petr. Gregor. tract. de vsur. lib. 2. cap. 3. n. 2. Sed & grauiores vsuras Ludouicus Nonus ann. 1264. & Philippus Pulcher ann. 1311. Gallorū quoque Reges, morte & proscriptione bonorum vindicauerunt. Iohann. Bened. in summ. peccator. q. 9. §. 2. Hispani etiā, quemadmodum hoc capite Auctor refert in fin. num. 2. vsurarium ita puniunt, vt pecunię ab eo sub vsuris mutuo datę debitori acquirantur, & præterea totidem nummos soluere damnatur, qui certis quibusdam modis distribuuntur: semel autem vsurarius ita punitus, si iterum in idem crimen incidere, dimidia parte bonorum: tertia vero vice, omnibus fisco atque acculatori addicendis, plectitur. Apud Belgas statuto Maximi Imperatoris Caroli. V. anno 1540. mercatoribus centesimę vsurę permisse, maiores sub nullitate contractus interdicit; ceteris autem mercaturam non exercentibus in totum vsurę prohibere sunt, sub confiscatione fortis, & publicorum vsurarium penā.

C A P. VII.

DE ANNIS REDITIVS, AN HI POSSINT
TITVLO EMPTIONIS IN PECVNIA
CONSTITVI.

Num. 1.

Praxis tamen & forensis vsus apud supremam Regis tribunalia eam legem contractus, et si omnino expressa sit, tantum admittit, & probat, vbi census perpetuus constituitur absque redimendi pacto, &c.

Census siue reditus hæc ratione constituiti à quibusdam redditus censuales, ab alijs census referuatiui vocantur, vt pote in concessione fundi referuati. Molina. tom. 2. disput. 381. versic. vt disput. qui nedum in rebus temporalibus, sed etiam in spiritualibus absque vitio simonię constitui possunt. text. & ibi

& ibi. Panormit. in cap. constitutus. de religiof. domib. Et licet Auctor legem contractus à se hic descriptam, in censibus perpetuis tantum receptam tradat, illam tamen ob rationis identitatem etiam in censu redimibili obtinere affirmat Gutierrez. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 3. nu. 10. & lib. 2. practie. quest. 168. num. 10. Prædicta autem in censibus reservatiuis, non vero in consignatiuis procedunt. Molina tom. 2. Disput. 390. versic. quod attinet ad contractus, & DD. relati à Feliciano de Solis. tractat. de Censib. lib. 1. cap. 10. num. 11.

Num. 5.

Versic.

QUARTO.

Saluaque manet obligatio personalis ad solutionem annui redditus, super re perempta constituti.

Sententiam hanc apud Hispanos magis seruari testatur Matienzo gl. 1. in l. 1. tit. 15. de los censos. lib. 5. noua Recopilat. quæ apud Antuerpienses multisq. Belgij in partibus etiã obtinet.

Num. 6.

Possessor tamen prædij super quo annuus redditus fuit constitutus cõueniri poterit ad eius solutionem, etiam nullã facta nec præmissa excussione, &c.

Non tamen credendum est hoc esse peculiare in sola hypotheca censuali, cum & alij casus occurrant in quibus agi potest aduersus tertios pignorum possessores, non excussio principal. idotaalem enim hypothecam hoc priuilegio gaudere docuit Alberic. in l. vbi adhuc C. de iure dot. quinimo fiscus agere potest aduersus tertios possessores non excusso debitore principali: puta quando agit pro tributo, & cõtra fundi tributarij possessorem: nam si pro alio fisci debito agatur, excussio præmittenda est secundum Gasparem Rodericum de redditibus lib. 2. q. 9. num. 53.

Fortionem quidem omnibus alijs, &c.

In hoc censuum vel annuorum reddituum tractatu etiam singulare est, quod ius competens ad rescissionem censiticij contractus pariter sit reale, affixum & inherens ipsi rei. Quocirca non solum aduersus creditorem principale aut cessionarium, verum etiam aduersus quemcumque quasi-possessorem iuris percipiendi redditu intentari potest, quod diligenter obseruandum esse monet Felician. lib. 2. de censib. cap. 1. num. 28.

Versic. HINC ETIAM DEDVCITVR.

Posse annui redditus emptorem si voluerit omisso tertio fundi possessore agere ad annuũ redditum aduersus ipsum constituentẽ vel eius heredes, et si ipsi non possideant.

Contrarius apud Antuerpienses inualuit vsus, apud quos prius excuti debet fundus eiusque possessor, antequã aduersus venditorem annui redditus eiusque heredes agi possit: & ita etiam videtur sentire Valasc. de iure emphyt. quest. 32. nu. 14.

Num. 7.

Et ideo ad quæstionem propositam respondendum esse censeo, &c.

Quamuis Auctor in hanc sententiam inclinẽt, vix tamẽ est inuenire rationem differentie inter hypothecã census, & illam quæ ceteris contractibus adicitur. vnde hanc Auctoris sententiam reprobat Felician. lib. 3. de censib. cap. 4. n. 11.

CAP. VIII.

FACTI, QVOD DE RETROVENDENDO VVLGO
DICI TVR, PROPRIA VIS ET NATVRA
EXPENDITVR.

Num. 4.

Versic.

CÆTERVM.

Hanc controuersiam & definitionem delictandam esse arbitrio boni viri ac iudicis discreti, qui ex varijs coniecturis arbitretur contractum vel iniquum esse, vel iusta ratione tolerandum.

Plenẽ & eruditẽ Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. vbi Auctorẽ sequitur: referens diuersas præsumptiones quibus animus iudicantis circa præsentem controuersiam instrui seu moueri potest. de his etiam latẽ Molina tom. 2. disput. 379. versic. hoc loco. & seq.

Num. 7.

Quia etsi pactio illicita sit eaque ex causa contractu reiicienda, non ex hoc necessitate colligitur venditionem seu emptionem istam vsurariam esse. &c.

Multum interest in hac annuorum reddituum materia vtrum pactio contractui adiecta sit illicita, an vero vsuraria. Priori quippe casu vitiatu pactio, posteriori autem vitiatu contractus census, & soluti canones in sortem imputantur. Felician. lib. 1. cap. 7. nu. 6.

Quæ nam autem pacta contractum censitium vitiant, & quæ vitentur, tradit idem Felician. eodem lib. 1. cap. 10. nu. 28. vbi quidem sex prioris generis posterioris vero decem recenset. latẽ de his etiam Gaspar Roderic. tract. de annuũ reddit. lib. 2. q. 1. Quæ res cum ex eo maximẽ dependeat an pactio contractui adiecta eius substantia, naturalia, vel accidentalia concernant, poterunt horum descriptiones apud Menoch. consil. 37. videri.

Num. 8.

Opinor hanc pactiõnem, quod annui redditus redimi non possint intra certum tempus, adeo nullam esse, vt ex ea in hac annui redditus emptione apposita, totus contractus vitiosus habeat & nullus omnino sit censendus.

Auctorem hoc loco secum pugnare existimat Felician. lib. 1. cap. 7. nu. 10. eod quod in precedenti quæstione supra n. 7. teneat emptionem annui redditus hac appositã pactiõne, vt intra decennium illum venditori liceat redimere non vero postea, esse iniustam & illicitam sed non vsurariam in presenti vero quæstione pactiõnem ne ante decennium liceat reditũ redimere, esse vsurariã contractumque annullare, putans inter vtramque spetiem nullã singi aut exceptiõnem posse conuenientem rationem differentie; quod vtroque casu restringatur libera facultas redimendi, & magis in priore, quã post tempus omnino tollitur libertas redemptionis, cum in posteriori solũ coarctetur quoad terminũ, manente post illum liberã facultate redimendi. sed Auctorem ab impugnatione Feliciani satis defendit Gaspar Rodericus de redditibus. 2. quest. 1. n. 75. assignans rationẽ differentie, quam Felician. excogitari posse, negat.

Cũ stipulatur Romanorum Pontificum decisio in dictis constitutionibus, quæ requirit hanc redimendi facultatem statim post venditionem venditori competere.

Limita nisi expresse actum fuerit vt quamdiu tollitur facultas redimendi fiat compensatio pretij proportionaliter nam si omnino tolli potest libertas redemptionis dato pretio respondententi aquabiliter huic oneri & grauamini, quate eodem modo non poterit libertas redemptionis tolli pro certo tempore? & sic Felician. lib. 2. cap. 7. num. 12. hanc resolutionem restringit.

CAP.

CAP. X.

DE IPSTO PRETIO ANNI REDITVS REDIMIBILIS, ET DE IPSTO REDIMENDI PACTO.

Num. 2.

Nec locus erit electioni, quam constitutio leg. 2. C. de rescind. vendit. præbet decipienti reipsa, quia ea decisio non est admittenda in contractibus vsurarijs & suspectis.

Accedit Gaspar Roderic. lib. 1. de annuis redditib. quæst. 11. num. 137 34

Num. 3.

Quod emptio annui redditus redimibilis, frumenti tamen vel olei, aliarum rerum similitium, maxime suspecta sit.

Tradit vterius Felician. de Solis tract. de Consil. lib. 1. cap. 4. num. 9. 10. & 11. ex natura rei necessarium esse ut pretium quo emitur & venditur ius annui redditus, consistat in pecunia numeratâ, vsque adeo, ut ne id in aliâ re constitui possit, etiam si cōtrahentes à principio speciem pretio adhibuerint. Præterea annui redditus constitutionem vitari si contractu perfecto species taxatâ quantitate detur venditori in solutum, vel si emptor simul pretium & rem aliquam dederit. d. cap. 4. numer. 12. & 13. quin & idem Auctor cōtendit census non posse creari ex quantitate & pecunia ante debitâ sed tales esse nullos, siue forum exterius, siue interius spectetur: quod nimirum in constitutione redditus præsentia & numeratio pecuniæ contemporanea ipsi formationi cōtractus requiratur & d. lib. 1. cap. 8. n. 13. 14. & 15. Felician. c. 9. n. 6. & 7. Verior tamē opinio Gasparis Roderici videtur de reddit. lib. 1. q. 13. n. 2. & 3. dum vult pecuniam ex quantumque causâ debitam in pretium emptionis reddituū conuerti posse, fraude cessante; subiungens ita iudicatum in Regio Senatu Gallaco. Improbatur autem i. id. & aliquot num. seqq. quædam reddituum constitutiones cum aut suppellex, vel merces, vel nomina litigiosa loco pretij dantur. quæ latius apud eum cū suis distinctionibus lector poterit requirere.

Verfic. SED ET ILLVD OPPORTVNE.

Dubium tamen est an is habeat eam legem & conditionem, ut redimi possit.

De hac quæst. vide etiam Leonin. Consil. 52. per tot.

Num. 5.

Verfic. QVINTO.

Tunc sanè præsumendum erit redditum esse redimibilem.

Quæ decisio quoque procedit licet redditus Ecclesiæ esset debitus. probat & sequitur Leonin. d. consil. 52. atque ita ibidem aliquoties iudicatum refertur.

CAP. XIII.

TRADITVR BREVIS INTERPRETATIO
L. IN ITVM C. DE CONTRAH. EMPT.
IN PRINCIP.

Excipiuntur tamen casus quidam quibus cogitur quis vendere iusto pretio: quos tradidit gloss. &c.

Vid. Socin. Reg. 435. in ip. vendere rem suam. qui ibid. quinquaginta octo huiusmodi casus recenset, nonnullos præterea referunt D. Gothofr. ad d. l. in initium verb. distrahere. lit. V. Richard. ad l. nec emere 16. C. de iur. deliber. vbi casum predictarū II. ad alios actus præter venditionem extendit.

Num. 3.

Verfic. SECVNDVS CASVS.

Iusto pretio à Principe, vel magistratibus definito.

Mynsing. Centur. 5. Obseru. 27. nu. 3. Etiam viliori quam sit illud quo res posset communiter vendi. l. pendentes. 27. §. si quid. ff. de vsufruct. Aufser. ad Capell. Tholos. 4. 447. num. cr. 3. in hoc Bartholi sententiam in l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. Præf. vrb. fecutus; quam Couar. supra tom. 2. var. resolut. cap. 3. nu. 5. ita demū admittendâ tradit, vbi non solum adest publica necessitas quoad rem vendibilem, verum etiam quoad pretiū ipsum. Sed & hæc rerum necessitate statui potest, ne quis vltra quā indigeat, emat: ne inde annona carior reddatur, aut eius ingruat penuria. Salicer. in l. 1. C. de Episcop. Aud. ent. Gomez. Var. resolut. tom. 2. cap. 1. n. 51. verfic. ex quo not. a biliter subdeducitur. Cura quoque à magistratibus adhibenda est ne merces, prout tradit Auctor, à dominis seu possessoribus abscondantur. Quin & tempore ingruentis caritatis vel famis subditis imperari potest ut frumentum emanet per l. vni. C. vt nemini liceat in empt. specier. lib. 10. Scharad. ad l. nec emere. 16. C. de iur. deliber. nu. 2.

Num. 7.

Quis videri omnino compellitur propriū agrum, dominiumque favore religionis: cum ea sit necessaria ad constructionem, vel ampliationem alicuius Monasterij.

Et ita iudicatum à Consil. Neapolit. teste Grammat. Decif. 75. cōcordat Socin. Reg. 435. verfic. fallit octavo. & verfic. fallit nono.

Num. 8.

Cogendum fore quempiam rem propriam vendere cum ea ad publicam vtilitatem necessaria fuerit.

Gomez. Var. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 51. Eman. Soar. in Theaur. recept. sent. lit. V. nu. 13. vendere & res sol. &c. Et ita pluribus Arrestis Gallia iudicatum, teste Charond. lib. 1. Pandect. Gall. cap. 32. Quod in tantum procedit ut etiam fundi Ecclesiastici & Monasteriorum, Fortificationis, & munitiois causâ à ciuitatibus assumi possint: quemadmodum sententiâ Curia Parisiens. definitum est; alio tamen fundo commo assignato. Papon. lib. 1. tit. 13. Arrest. 9.

Et si ob vtilitatem publicam, priuati cogi possint proprias res tradere, id fieri debet solutâ eis iustâ ipsarū rerum æstimatione.

Plurimis auctoritatibus, reicta opinione Gloss. ab Auctore cit. id probat Valasc. tom. 1. Consult. 22. num. 5. Gomez. d. tom. 2. cap. 2. nu. 51. Molina tom. 3. disputat. 709. nu. 6. An autem qui ex causis supra relatis vendere cogitur, similiter cogi possit ut fidem de pretio habeat? Et non teneri tradit Tyraq. de retrat. Consang. §. 3. gl. 3. num. 1. idem respondit Valasc. tom. 1. consult. 22. num. 6. nisi esset extrema & inuitabilis necessitas.

Verfic. HIS TANDEM EXPLICITIS.

Distinctiones hoc loco à Couarr. traditas referunt & sequuntur Molina tom. 2. disputat. 341. Aluar. Valasc. supra d. consult. 22. vbi, moribus Lulitaniæ ut quis domum vel fundū ad constructionē vel ampliationē Ecclesiæ vendere cogatur, semper Principem adeundum tradit, siue de modico, siue de maximopriuati præiudicio agatur; item siue de Ecclesiâ Parochiali quæ populo necessaria sit, siue de aliâ.

Alioqui absque iustâ causâ non posset Princeps, etiam dato iusto pretio, ab inuitis auferre propriarum rerum dominia.

Ne quidem ex plenitudine potestatis. Valsq. lib. 1. illustr. controuerf. cap. 5. num. 15. & aliquot seqq.

CAP.

CAP. XV.

DE PRECARIJ REVOCATIONE, ET AN
EA LIBERE PERMISSA SIT.

IN PRINCIP.

Precarium liberè voluntate concedentis reuocari posse. Quinque modos reuertet Dueren. tit. de precario. ff. cap. 2. quibus precarium cum expresse, tum tacitè reuocetur.

Hæc autem reuocatio vsque adeo libera est, vt propria auctoritate possessione ingredi permiffum sit. Par. lib. 2. decif. Rot. Roman. 462. num. 2.

Num. 2.

Quo in loco elegèter distinguitur voluntas hominis eam voluntatem obtinentis à voluntate ipsius sedis Apostol. & sic dignitatis.

Declarat & sequitur Molina tom. 2. Disput. 298. versic. illud vero controuertitur. cum duob. seqq.

Num. 3. & 4.

Verb. Primus quando actus simpliciter validus est, &c. iunct. versic. secundus casus in hac controuersia constituitur.

Hos casus ab Auctore relatos explicat Molina tom. 2. disput. 298. versic. precarium finitur. & versic. longè vero diuersum quid est. Quorum posterior limitatur, quoties fauor publicus ac utilitas versatur, quocirca si Princeps ordinariam iurisdictionem licet ad beneplacitum concessit, non censetur reuocata morte concedentis, nisi in super reuocatio successoris accedat. Menoch. de Arbitrar. iudic. lib. 1. q. 69. nu. 8. 9. 10. Cappe. decif. Neapol. 16. Bodin. lib. 4. de republ. tit. 4. n. 441. Quod nec à moribus Gallorum in officis alienè est. functo enim vitâ Principe, officiarj nihilominus antiquum munus obeunt, quouique à successore aliter sit decretum. Pap. lib. 4. tit. 2. arr. 4.

Circa prædicta queri potest, an officiarj cum clausula; ad beneplacitum, vel, Donec placuerit, constituti, ab ipsis constituentibus munere suo destitui possint? Quâ in re hæc distinctio adhiberi consuevit, vt officiales Regij seu Principis licet prædictæ clausulæ eorum commiffionibus insertæ sint, nihilominus reuocari possint: nisi iudicio dictato per sententiam, calu quo deliquerint, vel in munere suo malè versati sint. Papon. notar. 2. lib. 8. tit. d' Interdict. & actions possessioires. &c. versic. sera diuersa. cum seq. fol. mibi. 574. & in Arrest. Gall. lib. 4. tit. 12. arrest. 2. Guenois in annot. ad Imbert. lib. 1. insir. Forens. cap. 16. lit. V. Rebuff. ad constitut. Reg. tom. 3. tract. de Mater. possess. Arr. 4. gl. vnic. num. 9. 10. & 11. D. Anton. Fab. tit. C. de penit. defunct. 12. Est enim de prædictis officialibus vt de perpetuis iudicandum. Tyraq. de retract. conuent. §. 2. gl. vnic. num. 74. in fin. præterea cum talis remotio infamiam irrogaret, iniquum foret eos sine causa remoueri. Anton. Fab. C. de reuocand. donat. defunct. 18. in allegat. n. 1. Ceteri vero officiales à dominis inferioribus constituti, ad nutum eorum etsi nihil deliquerint muneribus suis priuari possunt. Pap. d. lib. 8. notar. 2. tit. d' Interdictis. &c. versic. sera diuersa. ibi. ne sera le pareil. licet clausula precaria coru cõcessioni non sit adiecta. D. Anton. Fab. C. de reuocand. donat. d. defunct. 18. quod ita limitatur, nisi ex causa matrimonij, compensationis seruitiorum, pretio, aut aliâ causa onerosa, officia nacti sint. Fab. vbi sup. Pap. d. tit. d' Interdictis. versic. Penitent. ne amonins. Aduertendum tamen est in Magno Consilio Mechliniæ anno 1568. Mense Decembri, non attentè supradictâ distinctione inter officiales Principis & vasallorum, officiali vasalli aduersus domini reuocationem possessionem fuisse seruatum: quod in Brabantia aliquoties etiam iudicatum est, atque inter cetera ita ann. 1598. definitum memini inter Ioann. Mellelo Impetrantem interditi retinendæ, & Comitum de Cantecrode citatum, motâ controuersâ ob Præfecturam eiusdem loci. consiliente in causâ impetrantis D. Liefveldio summæ prudentiæ & doctriinæ viro, meo tunc temporis in praxi formatore.

Versic. PRIMVM VERÀ INTERPRETATIO.

Tamen mortuo delegante re integra.

Et hoc discrimen est inter iurisdictionem ordinariam & delegatam, quod illa, re etiam integrâ, morte concedentis non expiret: hæc vero tam morte, quam cessante iurisdictione delegantis ex quacumque aliâ causâ, nisi restituta esse desierit in delegato, euanescat. Molina d. tom. 2. disput. 298. versic. secundum hoc esse discrimen.

Num. 6.

Ea tamen reuocatio non potest statim & ita promptè fieri.

Nisi superueniat rationabilis causa cur statim reuocetur. Molina d. tom. 2. disput. 298. in princip. versic. Quamuis quod precarij.

CAP. XVII.

EVICTIONIS MATERIA AD GREGORIANAM
CONSTITUTIONIS INTERPRETATIONEM
EXPENDITUR.

IN PRINCIP.

Nam quadraginta casus.

Quinquaginta & vnum recenset Gaspar. Caballin. tit. de euit. §. 5.

Num. 2.

Quod venditor quocumque casu nihil euitationis nomine prestare teneatur, posse ad huc emptorem re euitatâ ad pretium agere.

Nisi expresse conuictus sit, quod nihil pretij nomine prestabitur text. & ibi Gohofr. in l. emptorem. 12. §. fin. ff. de ac. cap. & vendit. Papon. Notar. 2. lib. 4. tit. de l' action ex emptio. versic. mais que sera-ce. cum seq. Imbert. in enchirid. in verb. Euidion. versic. assy Paul. de Castro. Schneid. in tit. de act. §. actionum section. de act. ex emptio. num. 43. Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 39. versic. prima quæstio & hoc quidem si venditor bonæ fidei fuerit: Nam si sciens rem esse alienam eam vendidit ignoranti, tunc (nihil etiâ refragante stipulatione contraria) empti actione & ad pretium. Molina de Insir. & iur. tom. 2. disput. 380. versic. secundum quædam. Pap. lib. 11. tit. 4. arr. 3. & ad damna subsequuta, idque ob idolum in contractu interuenientem, tenetur. l. tenetur. §. fin. & ibi Gohofr. ff. de act. empt. Molina & Gomez. præcit. loc.

Ego non diffiteor hanc opinionem Accursij communem esse: cam tamen cenfeo satis dubiâ & omnino, vt liberè loquer, fallam esse.

Accursij sententiam præter citatos à Couarr. sequuntur Costal. in l. ex emptio. 11. §. qui autem ff. de act. empt. Ant. Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. n. 39. versic. quod iteru sub intellige. Donell. tract. de euit. cap. 2. versic. cui consequens est. & versic. interim illud. ueritat. At Couarruizæ opinionem complexi sunt Imbert. in enchirid. in verb. euidion. versic. d' auantage le dict Balde. & Fachinus lib. 2. controuers. sur. cap. 40. versic. maior. controuersa est.

Versic. AD EAM QUAESTIONEM.

Emptorem rei alienæ cum malâ fide & certâ rei alienæ scientiâ non posse de euitatione etiam ad pretium agere.

Hanc Couarr. sententiam sequuntur Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 2. num. 42. & Eman. Soar. in addit. ad num. 39. versic. si vero fuerit sciens. ltr. A. Tyraq. de retract. confanguin. §. 12. gl. n. 10. & 11. Menoch. vol. 5. conf. 4. 8. n. 15. Rot. Genues. decif. 90. n. 39. Donell. in d. tract. de euit. cap. 2. versic. enim vero si sciens. Gall. lib. 2. obser. 139. num. 16. adeo vt si venditor nondum pretium esse consequutus, nullam tamen exceptionem habeat emptor quominus id venditori soluat. Gomez. loc. præcit. tit. de prædicta sententia procedit licet vel in genere tantum emptor.

Nota.

not rei dominum cognoscat, quamvis ignoret ad quem in particulari spectet. ita Bal. in l. si fundum. C. de cuius. per tex. l. final. C. de vi. Gomez. vbi supr. Superiora limitatur si de euictione certum seu de recuperando pretio stipulatum sit. text. in d. l. si fundum. Gomez. & Tyraq. loc. cit. Crauet. Confil. 64. in contractu. nov. 4. vel id in utilitatem venditoris sit conuersum, prout sentit Gomez. vbi supra. versic. secundo limita. An autem prior illarum limitationum locum habeat quando quis contra interdictum legis emit, vt pote res ecclesie debitis omisissis solennitatibus, vide Ioannem Fabr. in l. si fundum. 26. C. de iudic. & citatos à Tyraq. de retr. ad. consang. §. 12. gl. 1. num. 12.

Non obstat textus in l. ult. §. ult. C. comunia de legat. quia in ea constitutione non fuit empta res aliena simpliciter, sed res venditoris, subiecta tamen restitutioni & fideicommissio.

Tradita hic à Couarr. scribit & probat Gomez. var. resol. tom. 2. cap. 2. Accedit Tyraq. de retr. ad. consang. §. 12. gl. 1. num. 13. Menoch. vol. 5. cons. 418. nu. 16. cum quatuor seqq. Auctoris tamen responso displicet Fachinigo lib. 2. contra. iur. cap. 40. in princ. putans text. in d. §. ult. de ea specie accipiendum esse in qua de euictione promissit venditor; quo casu saltè actio ad pretij restitutione datur, quod his verbis d. §. probare intendit. Neque duple stipulatione, neque melioratione locum habent. equali Imperator neget actionem dari ad duplum, cum sufficiat emptori sibi de pretio quod pro re aliena sciens de- dit, satisficere.

CAP. XVIII.

DE CREDITORE HABENTE SPECIALEM SIMVL ET GENERALEM HYPOTHECAM. IN PRINCIP.

Nec poterit aduersus posteriorem creditorem hypothecaria agere, nisi prius constet, rem illam speciali hypothecâ sibi obligatam non sufficere ad prioris debiti solutionem.

Quæ decisio in tantum procedit, vt ne quidem executio à mobilibus generali hypotheca comprehensis in præiudicium posteriorum creditorum inchoari debeat. Molina lib. 4. de iust. Primog. cap. 7. num. 24.

Num. 1.

Versic. PRIMO CONSTAT.

Nisi contrarium ab eo probatum fuerit.

Accedit Mynf. d. obs. 94. n. 3. Molina tom. 2. disput. 536. versic. lege 2.

Num. 2.

Et ideo idem erit siue debitor ipse, &c.

Molina d. disput. d. versic. lege 2.

Licet Fulgos. ind. l. 2. teneat, non esse locum illi decisioni priore creditore possidente.

Cum Fulgoso sentit. Anton. Fab. in Cod. suo tit. qui potior. in §. 1. de fin. fm. ed. quod iniquum foret ei qui non possidet fauere tri contra creditorem anteriorem qui eguale ius in bonis omnibus habet, & tam ea que generaliter, quam que specialiter ipsi obligata sunt, possidet.

Versic. TERTIO EADEM CONSTITVTIO.

Procedit & obtinet quado posterior creditor habet generale tantum hypothecam, &c.

Cacheran. decis. Pedemont. 159. num. 6. Mynsing. d. centur. 6. obs. 94. num. 6. vbi Camer. Imper. hanc sententiâ probauit.

Versic. QVARTO ADNOTANDVM.

Siue prior creditor habeat primo speciale hypothecam postea generalem, &c.

Cacheran. d. decis. Pedemont. 159. num. 6. versic. minus etiam refert. Mynf. d. centur. 6. obs. 94. num. 7.

Versic. QVINTO ANIMADVERTENDVM.

Et ideo minimè prodest extraneo possessori.

D. Anton. Faber. in Cod. suo tit. de pignor. definit. 9. Molina. lib. 4. de Hispan. Primogenit. cap. 7. num. 22.

Versic. SEXTO A PROXIMO INTELLECTV.

Minimè prius petita, nec discussa ea re.

Et ita Arrest. Cur. Paris. iudicatum refert Papon. lib. 11. tit. 3. art. 3. versic. le debiteur. sequitur Sichard. ad d. l. 2. C. de pignor. & hypoth. num. 2.

Versic. SEPTIMO CONSTAT.

Siquidem prior creditor habens tantum generalem hypothecam quæ plures res comprehenderit, posset agere ad rem specialiter obligatam secundo creditori.

Donell. ad l. si generaliter. C. qui potior. in pignor. hab. & in tract. de pignor. cap. 14. post princip. versic. erit potior inquam. Euerhard. consil. 204. Sichard. ad l. 2. C. de pignor. n. 7. vide tamen Cuiac. lib. 11. obs. 32. Anton. Fabr. 6. coniectur. 16. Costal. in aduersar. Pandect. ad l. qui generaliter. §. qui potior. in pign. hab. Quod ad mores vrbis Antuerpiensis attinet; qui generalem tantum hypothecam habet, posteriori creditori in speciali hypotheca non preferatur, quod ibidem generalis hypotheca non afficiat, & ideo non tenetur debitor in alienatione rei didas hypothecas exprimere.

Num. 3.

Priorem creditorem habentem hypothecam generale & speciale ex causâ dotis, repelli posse à posteriori habente generalem, nisi prius facta fuerit excussio, &c.

Vide Ant. Fab. in Cod. suo d. tit. qui in potior. in pign. hab. definit. 27. Versic. DECIMO FORTASSIS.

Adhuc tamen hic decimus intellectus mihi valdè dubius est.

Hunc tamen admittit & secutus est Senatus Pedemont. Cacher. d. decis. 159. n. 7. probant etiâ Mynsing. d. Cent. 6. obs. 94. n. 8. D. Anton. Fab. d. tit. de pignorib. definit. 8.

CAP. XIX.

ADNOTANTVR ALIQUA DE BONIS ADQVÆSITIS MATRIMONIO CONSTANTE.

Locus hic integrum requirit tractatum. itaque paucis ijs quæ ab Auctore de conugali acquæstu adducuntur, haud incongruè sequentia addi poterunt. Inprimis iure Romano communionem acquæstum inter coniuges incognitâ, vel saltem non vtitatam fuisse, quemadmodum tradit Garz. de conug. acquæst. n. 31. eodem quoque iure nullam ceterorum bonorum contractis nuptijs societatem esse introductam, Couarr. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 1. nu. 5. Molina de iustit. & iur. tom. 2. disput. 422. versic. de contractu moderatis. & disput. 432. in princip. Aluar. Valaf. cap. 5. prax. part. versic. secundo dubitatur. n. 4. & seq. vnde & in repudijs hæ receptæ formula; Tuas res tibi habeto; Tuas res tibi agito. l. 2. §. 1. ff. de diuor. & repud.

Diuer.

Diuersarum tamen gentium moribus non solum acqui-
situm, sed & omnium bonorū inter coniuges quoad domi-
nium & possessionem recepta communio est. *Couarr. bñ. num. 1. in fin. V. alaf. vbi. sup. nu. 7. in fin. Molina d. versic. de contractu medietatis. quae Veteribus quoque non parum cōmendata fuit: Hinc apud Plutarch. in praecip. nuptial. Talis pecuniarum societas coniugio iunctis maxime conuenit ut vnum in substantiam rebus omnibus confusis ac mixtis, non hanc partem propriam, illam alienā; sed omnia propria ac nihil alienū arbitrentur. Sed & laudat Columella in praefat. lib. 12. quod apud Priscos nihil in domo coniugali diuidantur conspiciobatur. nihil quod aut maritus aut femina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune conspirabatur ab utroque. Quod ad ius statutarium vrbis Antuerpiens. haecenus obseruatum attinet; id nec vniuersim iuri Romano respondet, neque etiam in totum ab illo recessit. Inter coniuges enim (nisi contraria dotalia pacta vetent) communia facit bona conitante matrimonio acquisita, mobilia item & actiones, nec non domos ac fundos in vrbe vrbisque ambitu sitos; non habito discrimine an à marito, vel ab vxore coniugio illati sint. Reditus autem super huiusmodi domibus & fundis constitutos, praeter acquisitos, à communione excludit: etiam si hypotheca eorum in communione veniat: quod singulare est. Moribus Bruxelensium immobilia quidem in matrimonio acquisita, eo soluto quoad proprietatem inter coniuges eorumque haeredes diuiduntur: Mobilia vero vniuersè superstes coniux sua facit, retento insuper bonorum omnium usufructu cum onere aeris alieni. & haec quidem in allodialibus; Nam in feudis moribus Brabantiae regulare est, quod acquiritorum dimidium proprietatis, alteriusque partis usufructus superstiti coniugi cedit, nisi filij vel nepotes extent, &c. Eo quippe calu superstes in medietate feudi usufructum simplicem, & in altera hereditarium (quem nostro idioma te efficit appellat) tantum retinet: in feudis vero non acquiritis, si à latere praedefuncti procedant, superstes ex coniugibus medium usufructum eorum consequitur, & proprietatem ad liberos deuoluit: quod similiter contingit, cum feudum à superstite coniuge processit, reseruatō tamen ei integro usufructu.*

Acquiritorum autem nomine etsi iure civili ea tantum comprehendantur quae sociorum operā atque industria parta sunt. *I. coi. cum seqq. l. societatem. §. duo. ff. pro socio. Ang. cons. 112. Boer. ad consuetud. Bituric. tit. des consumes concern. gēs mariez. quorundā tamen locorū moribus, legata, res donatae, successiones & hereditates quae conitante matrimonio obueniunt, inter acquisita receduntur. Pyrrh. ad. consuet. Aurelian. tit. de societate inter vir. & vxor. Euerhard. consil. 53. Pap. lib. 17. tit. 3. arrest. 9. & lib. 15. tit. 2. arrest. 16. Imberti. in Enchirid. verb. donation. entre vifs. versic. double est meu. In quo à quibusdam etiam distingui solet an ab extraneo vel consanguineis processerunt. Sed de hisce cōtrouersijs (cum varijs distinctionibus, contrarijs DD. opinionibus, & Curiarum Arrestis inuoluantur) videto Garz. de conugal. acquesit. nu. 101. cum mult. seqq. Gomez. ad. Tauri l. 50. n. 72. Charond. lib. 7. respons. 43. Illud dubitari posset si maritus praedium suum quod ante matrimonium cum pacto de retrovendendo distinxit conitante matrimonio redimat, id, eiusue incrementum quo pluris cōuento pretio valet, acquiesus nomine veniat, vel praecipuū ad maritum spectet: Et spectare cum Gregorio Lopez. ad*

l. 18. tit. 11. part. 4. verb. 4. estimada. & Gutierrez. Practic. quest. lib. 2. q. 16. respondet Molina. tom. 1. disput. 433. versic. iura de arimam de usufructu. eo quod redemptio haec originem suam ex causa matrimonio anteriori traxerit. Idem quoque monio retracto desinit Gomez. ad. l. 70. Taurin. 28. Gutierrez. d. q. 16. n. 3. Garz. de coning. acquesit. n. 100. licet in contrarium vid. eund. Molina vbi sup. versic. vtrum autē recessit Anedanim ter his etiam à Garz. de conugal. acquesit. nu. 61. deciditur: praedictum à marito ante matrimonium emptum, eo tantum constanti pretio soluto, marito cedere. Hic tamen casibus pretiū ipsum in emptione, vel retractu praedicti insinuatū vxori eiusue heredi pro medietate debetur. Si quod tantum constanti matrimonio ex pecunia praedicti mariti vel vxoris venditi comparatum est, id commune fieri que idem in fundo ex pecunia alterius coniugis empto obtinere, recessit Garz. num. 62. & 63. Porro si circa bonorum naturam incidat cōtrouersia quānam patrimonialia vel acquisita habeantur, pro acquiesu praesumendum est, donec contrarium probatum fuerit. Gomez. ad. l. 50. Tauri. numer. 70. Molina d. tom. 2. disput. 433. versic. dissoluo matrimonio. & sic moribus praesertim Hispaniae cessat contraria iuris cuius praedictum quo in dubio omnia de bonis mariti censentur. *Quoniam Mutius. ff. de donation. inter vir. & vxor. l. etiam C. eod. gloff. ibi. in text. merito. Garz. de conugal. acquesit. num. 158.*

Quod autem ad effectum communionis attinet, nihil ei impedimento est bonorū inter coniuges inaequalitas, vel quod nihil ab altero in subsidium matrimonij allatum est: siquidem tamen ab utroque dolo. *Peck. de testam. conug. lib. 2. cap. 3. §. 4. Boer. de test. Burdegal. 22. nu. 31. nec etiam quod bona acquisita vel alterius tantum coniugis nomine comparata sint. Garz. d. tract. de conug. acquesit. num. 171. hoc tamen dicitur quod tunc ipso iure dominium & possessio in alterum coniugem non transeat. Couarr. hoc. cap. nu. 2. versic. Tertio. Partem autem quam quisque coniugum in bonis acquisitis habet, eam dissoluto matrimonio iure suo proprio consequitur; etiam si propter administrationem & alienandi potestatem maritus conitante matrimonio actu sit dominus. *Argent. ad consuetud. Britanni. tit. des mariages. art. 444. gloff. 3. Couarr. hoc. cap. num. 2. Molin. ad consuet. Parisien. tit. de feudis. §. 25. nu. 1. & Peck. de testam. coning. lib. 2. tit. 1. nu. 2. Circa quod consuetudine Antuerpiensi receptum, quod maritus non solum immobilia vxoris patrimonialia bona, sed nec eius partem in acquisitis in quibus ipsa pariter inuestita est sine ipsius consensu, & nisi coram magistratu cum tutore alieno, alienare possit. Hoc etiam in acquisitis notandum est quod medietas vxori in ijs competens non magis in confiscatione bonorum mariti comprehendatur, quam ipsius dos. *Gall. lib. 2. obseru. 86. num. 14. Molina. tom. 2. disput. 434. versic. vi simul. con. seq. Garz. de conugal. acquesit. nu. 175. Vt autem acquiritorum, bonorumque patrimonialium soluto matrimonio in eorum reuocatio, quari potest quānam ex diuersis consuetudinibus, domicilij contrahentium, contractus, vel loci vbi res sita est, spectanda sit: cuius cōtrouersiae decisio extat apud Charond. lib. 7. Respons. 100. & lib. 5. Respons. 3. Gomez. ad. l. 50. Tauri. nu. 75. plenè Garz. de coning. acquesit. nu. 140. cum lex seqq. Couarr. de matrim. in 4. part. 2. cap. 7. num. 7.***